

NOMEN _____

DIES _____

Ecce Romani Capitulum XVII Pernoctamusne in Cauponā?

Erat undecima hōra. **Raeda** adhūc **in fossā manēbat** quod raedārius eam movēre nōn poterat. Aurēlia sollicita erat; Cornēlia lacrimābat; etiam puerī perīcula iam timēbant; **Cornēlius** in viā stābat **sollicitus** et caelum spectābat **quod iam advesperāscēbat**.

Tandem **Eucleidēs**, “**Vidēsne illud aedificium, domine?**” inquit.

“Videō,” Cornēlius respondet. “Quid est?”

“**Caupōna est. Vīsne igitur ibi pernoctāre, domine?**”

Clāmat Aurēlia, “O mē miseram! **Caupōnās nōn amō**. Saepe ibi pericula sunt magna. Fortasse caupō aliōs equōs habet. **Fortasse** equī caupōnis raedam ē fossā extrahere possunt. In caupōnā pernoctāre timeō.”

“Cūr timēs, mea domina?” **Eucleidēs** rogat. “**Nūllum est periculum**. Omnēs caupōnae nōn sunt periculōsae. Omnēs caupōnēs nōn sunt scelestī. Ille caupō est amicus meus. Graecus est et vir bonus.”

Tum Aurēlia, “Cornēlius est senātor Rōmānus. Senātōrēs Rōmānī in caupōnīs nōn pernoctant.”

Cornēlius tamen, “Quid facere possumus?” inquit. “**Hīc in Viā Appiā pernoctāre nōn possumus**. Nūlla vehicula iam appārent quod advesperāscit. Est nūllum auxilium. Illa caupona nōn procul abest. **Necesse est igitur ad caupōnam īre. Agite**, puerī!”

Itaque, dum **Eucleidēs Cornēliōs ad caupōnam dūcēbat**, raedārius sōlus in viā manēbat; raedam et equōs custodiēbat.

XVII A - Responde Latine

Ubi est raeda? _____

1. Cur raeda in fossā manebat? _____

2. Cur Cornelius sollicitus erat? _____

3. Quid videt Eucleides? _____

4. Ubi pernoctāre possunt? _____

5. Cur Aurēlia in cauponā pernoctāre non vult? _____

6. Ubi Corneliū pernoctāre non possunt? _____

7. Quis raedam et equōs custodiebat? _____

